



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 47. Synodus Pictaviensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIII.
A.C. 1280

§. XLVII.

Synodus Pietaviensis.

Plures inter Fratres Minores, quos Pa-
pa Nicolaus creavit Episcopos, me-
moratur in Francia Gualterius Brugensis
Pictavorum Antistes. Hanc sedem an.
Vading. 1271 vacuam reliquerat moriens Hugo
1279 n. 13. Castro - Rodulphinus. Collegium duas
Gall. Chr. fecit electiones, quæ per appellationem
to. 3. p. 893. ad Romanam delatæ curiam diuturnam
ibi litem genuere. Tandem electus &
terque suum jus in manibus Papæ depo-
suit: qui hunc episcopatum Fratri Gual-
terio Brugensi a patria sua id nomine
adepto contulit. Erat Theologiæ Do-
ctor, & tunc Minister per Turoniam Pro-
vincialis, ex doctrina & virtute sua cla-
rissimus. Hanc dignitatem accipere,
quantum potuit, recusavit. Etiam Mi-
nister Generalis Bonagratius eum Ordini
suo conservare studuit. Sed Papa com-
mune Ecclesiæ bonum eorum precibus
anteferens Gualterium sua sacravit ma-
nu, ut significat in epistola ad Regem
Galliae pro illo scripta an. 1279. Qui Ec-
clesiæ Pietaviensi sex & viginti annos
præfuit.

to. II. conc. Anno 1280 synodum celebravit, in
p. 1139. c. 11. qua quædam statuta edixit notati digna.
c. 1. Interdicitur, ne ii, qui jurisdictionem ha-
bent,

bent, in schedulis vacuis sigillum impri- Sæcul. XIII.
mant. Nempe, quia plerique homines A.C. 1280.
profani nesciebant scribere, chirographa
non erant in usu, solumque Judicum si-
gillum actis autoritatem dabat. Quo-
cirkca Judices per alium canonem vetan-
tut pactiones Judæorum foenebres sigil-
lo munire. Prohibetur, ne Decani ruris
& Archipresbyteri variis in locis Judices
seu Vicarios constituant. Nimirum mul-
tiplicati Judices multiplicabant sine fine
lites ac vexationes. Mandamus, ait E-
piscopus, ut Abbates, Abbatissæ, Priors,
cæterique coenobiorum Præsides nobis
proxime subjecti, Archipresbyteri, De-
cani, & Parochi nobis & ordinariis ex-
piationum Præfectis, aut illis poeniten-
tiæ administris, quod ipsis speciatim de-
signaverimus, sacras confessiones faciant.
Hic constrictam cernimus libertatem e-
ligendi arbitros conscientiæ. Diaconi
vendicabant sibi facultatem absolvendi
poenitentes in tribunali sacro: id quod
hic prorsus interdictum, & damnatur tan-
quam alienæ potestatis usurpatio. Ec-
clesia dicebatur habere jus irrogandi Ju-
dæis poenas pecuniarias. Ad Judicem
ecclesiasticum vocabantur suspecti de le-
pra, ut vel infecti aliqua declararentur,
vel se de suspicione purgarent. Bissex-
tum nuncupabatur quoddam jus episco-
pale.

§. XLVIII.

H

c. 6.

c. 2.

c. 4.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. IX.

Histor. Eccles. Tom. XXII.